OCTAVIANI VVLPELLI

A Sancto Angelo Metaurenſe

TRACTATVS DE PACE, INDVTIIS, ET PROMISSIONIBVS DE NON OFFENDENDO.

IN QVO

Sex, & centum Quæſtiones ad forenſem praxim pertinentes, examinantur.

Cum Quæſtionum, & materiarum Indice.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SAL

Venetijs, expenſis Laurentij Peguli. M D LXXIII.

AD ILLVSTRISSIMVM
ET REVERENDISS.
D. IVLIVM FELTRIVM
DE RVERE
S. Rom. Eccle. Presb. Cardinalem Vrbinenſem,

Soræ atque Arcis Ducem &c.

OCTAVIANI VVLPELLI Epiſtola.

OMNES, qui Principibus Illuſtriſſimis Vrbinenſibus, ſubditi naſcuntur; ſub eiuſmodi oriuntur horoſcopo; ut eos mirum in modum venerentur & colant: quod Federici, Guidobaldi primi, & Franciſci Mariæ, proauorum

 tuorum;

SVMMARIVM.

1 *Pax quotuplex ſit.*
2 *Pax interna, quæ ſit; eiuſque deſinitio.*
3 *Pacis externæ, repertor.*
4 *Pacis externæ, deſinitio.*
5 *Pax, unde dicatur.*
6 *Iniurias facilè negligit; qui ſcit, ſibi maiora a Deo, remiſſa fore.*

QVAESTIO I.

ALEXANDER III. duobus tantum capitibus (quæ ex Lateranen. Concilio, ſcripta reliquit; tit. de treug. & pa.) Canoniſtis, & maxime Guiliel. in Spe. Hoſti. in ſumma. Abb. & Feli. ſub eod. tit. in eadem materia, latiore folio, ſcribendi anſam præſtitit: Sed quia noſtra hac tempeſtate, adeò ſubcreuit hominum malitia; ut cũ Lucano dicere poſ-
,, ſimus, *Nuſquam tuta fides*. operæpretium duxi, ex multis quæſtionibus, quæ quotidie in foro uerſantur: a maioribus noſtris, uel omiſſis; uel ſummis tantum labijs (ut in adagio eſt) deguſtatis; libellum (quem tractatũ uocant) ſub titulo de Pace, Indutijs, & Promiſſionibus de non offendendo, deprome-

RENOVATA IVVENTVS